



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 18. Collisio jurisdictionis Ecclesiasticæ cum Laica in Neapolis Regno.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

stinuerunt, sed etiam de pace, quam Sæc. XVII.  
antea, restitutis ad Euxini Ponti lit- A. C. 713.  
tora bello nupero partis, cum solis  
Moschis pepigerant, etiam cum Polo-  
nis tractare cœperunt: Cum autem  
summo Pontifici nuntiatum esset, quod  
Turcæ Tartarique hujus conspirationis  
occasione Caminecum invadere moli-  
rentur, hinc ejus jussu Nuntius Apo-  
stolicus Cardinalis Odescalchus uni-  
verso Poloniæ Clero pro avertenda Tur-  
carum tyrannide publicas preces in-  
dixit, ipse vero Pontifex datis die de-  
cima quinta Novembris ad Poloniæ  
Regem literis eundem ad excipiemad  
forti animo hanc Turcarum invasionem  
hortatus, quinquaginta imperialium  
millia pro muniendo Camineco libe-  
raliter submisit, opportuna officia apud  
Cæsarem, Franciæ Regem, Venetos-  
que pollicitus.

### §. XVIII.

#### *Collisso jurisdictionis Ecclesiasticæ cum Laica in Neapolis Regno.*

Quamprimum Daunius Comes rur-  
sus Pro-Regis dignitate a Cæ-  
fare auctus, Neapolin venerat, non  
modo Regni securitati contra Siculo-  
rum irruptiones provide prospexit, sed  
præprimis in sicarios, aliosque scele-  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Nn ratos*

Sæc. XVIII. ratos homines severe inquirenti jussit: Eo  
A.C. 1713. enim tempore perditissimorum juve-  
num colluvies invaluerat, & non pauci  
venenatam aquam, quam Toffanum  
appellant, aliumque pulverem, quo  
vesicam levare præpediebant, pan-  
bant, qua stygia arte pluribus, quin  
mali cauſam cognoscerent, mortem  
adsciscebant: Horum quidam supplici  
impendentis metu ad Ecclesiæ proli-  
gere, ut sub tutela inviolati Templo  
impunitatem libertatemque adipice-  
rentur. Verum Pro - Rex annuente  
Imperatore hosce sicarios satellitum  
ope ex Ecclesiæ extrahi jussit: quo  
comperito Nuntius Apostolicus ceteri  
que Præfules cum loci sanctitatem  
immunitatemque violatam fuisse ar-  
bitrarentur, in Judices, qui hosce fa-  
tellites emiserant, censuris agebant:  
Hoc auditio Pro - Rex milites in Pa-  
latium Archiepiscopale immittit, &  
Consilii Ecclesiastici Præfectum, nec  
non duos Curiæ Fiscales compare-  
jubet, illosque, cum parere recu-  
rent, vi comprehensos, navique im-  
positos Romanam dedit. Ea res pro-  
affectuum diversitate diversos concita-  
bat motus, ac Beneventi inter Ponti-  
ficos & Germanos milites cruentum  
etiam certamen accendebat: qua-  
propter Pontifex die trigesima prima

Au-

Augusti apud Carolum Imperatorem <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
questus hæc scripsit: *Omnem verborum A. C. 1713.*  
amplitudinem & copiam excedit intimus  
doloris, imo etiam horroris sensus, quo  
Nos affecti sumus, cum in Neapolitana  
Civitate nuperrime in maximam Ecclesi-  
sticæ libertatis injuriam, ac gravissimum  
Archiepiscopalis & Cardinalitiae dignitatis  
dedecus ea admissa fuisse percepimus, quæ  
Georgius Archiepiscopus Cæsareæ Nuntius  
noster Majestati Tuæ nostro nomine fusus  
explicabit. Nec profecto veremur, quin  
iis cognitis Te quoque magnopere com-  
moveri sentias, ac incitari ad ea quam-  
primum decernenda remedia, quibus nefar-  
ia ejusmodi attentata celeri & congrua  
reparatione sarciantur, ac ingens, publi-  
cumque scandalum, quod propterea Christi-  
fidelium mentibus ingestum est, omnino  
tollatur &c. Ceterum minus decorum  
videtur, quod Ecclesia, Religionis ac  
pietatis arx, in impietatis & scelerum  
aram, tamque enormous homicidio-  
rum tutelam convertatur, quo circa  
asyli corruptelas jam olim Urbanus V.  
& VIII. Julius III. Pius IV. Gregorius  
XIII. Sixtus V. Innocentius X. & XI.  
& Clemens IX. sustulerunt, loci enim  
sanctitas præpostere ac perperam pu-  
blicæ justitiæ dispendio vindicatur.

N n 2

§. XIX.